

El ego Maior Diaz qui hac cartam mandau scribere et coram his testibus firmare.
Cid ts. Annaia ts. Petrus scriptor Sancti Saluatoris de Morral iussu Domna Maiore scripsit.

Bec., folio 20 v.

33

1175.

Alfonso VIII da al abad Andrés y al Monasterio de Aguilar de Campoo la Iglesia de San Cipriano y las villas de Terradillos y Villanueva.

Nichil est quod tantum deceat regiam maiestatem quantum ecclesiam Dei diligere, honestos ac religiosos uiros amare, eosque et sua a prauorum hominum incuris defensare. Eapropter ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle, una cum uxore mea Alienore regina, pro remedio anime mee necnon et parentum, meorum, bono animo et spontanea uoluntate, dono et concedo domino Deo et ecclesie beate Marie de Aguilar, et uobis Domno Andree, eiusdem abbati, et omnibus successoribus uestris, illam uillam que dicitur Villanova; et ecclesiam Sancti Cipriani, que continentur inter Ruuiales et Quintanella, et ex alia parte iacet Sancta Maria de Rezmondo; et aliam uillam que uocatur Terradillos, que est inter Orçeion et Valcarcel, cum omnibus terminis et pertinentiis suis, scilicet, terris, uineis, pratis, pascuis, aquis, et molendinis, montibus et fontibus, cum omnibus ingressibus et egressibus suis. Dono, inquam, ut habeatis et possideatis uos et omnes successores uestri iure hereditario in perpetuum. Et hoc meum donum sit semper firmum.

Si quis uero de mea proienie uel de extranea hanc meam donationem infringere temptauerit, sit maledictus et excommunicatus a Deo, et cum Iuda traditore in inferno damnatus, et insuper pectet regie parti decem libras auri purissimi, et uobis uel qui uocem uestram habuerit ei duplatam hereditatem in tali uel simili loco restituat.

Facta carta in Belloforamine, sub Era MCCXIII, mense Iulii. Regnante me Rege Aldefonso in Toletto, et in Castella, hanc cartam mea manu roboro et confirmo.

Celebrunus, Toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas, cf. Raimundus, Palentinus episcopus, cf. Petrus, Burgensis episcopus, cf. Iauclmus, Segontinus episcopus, cf. Gundisaluus, Secobiensis episcopus, cf. Sanctius, Auilensis episcopus, cf. Rodericus, Calagurritanus episcopus, cf. Comes Nunius cf. Comes Petrus cf. Comes Gomez cf. Comes Gundisaluus cf. Comes Ferrandus cf. Comes Gundisaluus, aiferiz regis, cf. Petrus Roderici, filius comitis, cf. Petrus Paraçori cf. Petrus Guterrez cf. Petrus Garcie cf. Gomez Garciez cf. Raimundus, cancellarius regis, hoc signum feci.

Bec., folio 28 r.

34

1177.

Pesquisa hecha por orden del Rey Alfonso VIII para fijar los límites de Grajalejo entre el Monasterio de Santa María de Aguilar de Campoo y los concejos de Bonadiella, Villamar, Sandoval y Villanueva de Odra.

In Dei nomine amen. Hec est pesquisa del esterminamiento de terminis de Greialeio que fuit facta por mandamiento de Regis Aldefonsi inter abbat monasterii Sancte Marie de Aguilar de Campo et los concejos de dichas faseras quam fecerunt los adelantados Garci Peres de Pennaflor et Fernant Petri de Arniellas et cum illos abbas de Villa Maiori et Guter Dias. Rrogati isti supradicti pesquisidores clamauerunt los sabidores delas villas faseras scilicet de Bonadiella et Villamar et Sandoual et Villa Nueua de Odra. El fecerunt iurare supra quatuor Euangelia que dixissent ueritatem qual oyeron alos vieios et quel ellos sabian.

Hec est iudicium que dederunt et pariter fecerunt et per pesquisa in terminis de Greialeio et de Sancti Martini de Macora et Fernant Ferrandes de Castro touo la vos

in loco abbatis de Aquilari et aquedarum? las voces ex utriusque parte et inuenerunt que el otero de Masiella que est altum est totum in termino Sancti Martini de Macora et inde vadit ad uiam que dicitur de Asturianos et per ipsam uiam usque a principio de valle que est circa ipsa uia et descendit prope costam delos rocines en que estan vnos molares et ipsa costa cum alio valle que esta fasa Villa Noua en termino Sancti Martini de Macora et el valle est hereditat del monesterio et (ilegible) el termino por el arroyo que colligit aquas et de ipso aroyo usque ad fontem que dicitur de Greial que est in valli tras valle de Cuguada contra Bouadiella et de ipso (sic) fonte el vallecillo arriba ad vnum mojon que los adelantados posuerunt in hereditate del monesterio in vno oteruello que fiat enemina de via que vadit de Greialeio a Bouadiella et de isto mojon de Petro Usquez ad alium que posuerunt in medio vallis Espinoso que est foracado et est in hereditate monasterii et de inde vadit el valla (manchado) ad linde delas heredades dela cuesta que es prima de yuso de via que vadit de Greialeio a Villamar (manchado) Oter de Escuderos in Greialeio dicitur Otero Negro et de (continúan 21 líneas de escritura superpuesta que impiden la lectura).

...et de inde usque supra vineas del Aniello (ilegible) ad vallem que descendit ad uiam de Greialeio ad Padiella et per ipsam uiam usque ad otero de Masiella in principio nominato et mandauerunt et iudicauerunt los adelantados que de istos mojonés et signa contra Sancti Martinum de Macora et contra Greialeio (borrado) terminum de Greialeio in nullus alterius locus ibi pasceret nec rotaret sine (borrado) de su abbatis et sui concillii de Greialeio et fuerunt uocati testes de multis locis de cuius rei testes sunt que nomina scripserunt in carta: Petrus Garcias, prior de Onna; Don Fernando Burgensi, canonicus; Don Martin, el arcipreste; Don Iohannis de Padiella; Garçi Diaz; Garçi Aluar de Villa (borrado), su hermano; Roy Aluaret; Petro Goncales; Gomes Gonçales de Villamayor; Roy Pedres; Roy Guterres, su hermano; Iohan Gonsales?; Petriannes de Formisedo; Petro Garsias de Villamar; Domingo Migaeles de Çorita. Los concejos supradictarum villarum.

...es facta pesquisa, lunes tertio nonas Agusti. Era MCCXV.

Bec.. folio 87 r.

1182.

Alfonso VIII concede y confirma al abad Andrés y al Monasterio de Aguilar de Campoo la compra de una presa en Palazuelos y una heredad en Valmayor.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia Rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina, libenti animo et uoluntate spontanea, pro animabus parentum meorum et salute propria, facio cartam concessionis, confirmationis et stabilitatis Deo et Sancte Marie de Aguilar monasterio et uobis Domno Andree, eiusdem monasterii instanti abbati, cunctisque successoribus uestris et omnibus canonicis eiusdem monasterii presentibus et futuris, in perpetuum ualituram. Concedo itaque uobis et confirmo totum illud quod usque modo emistis in illa presa de Palatiolo ab aceniariis Vallisoleti aut ab aliquo alio homine, uel in posterum emetis, iure hereditario in perpetuum habendum et irreuocabiliter possidendum. Preterea concedo et confirmo uobis illam hereditatem quam emistis in Valle maiori, que est in termino de Cabezon et de Cigales, a quocumque homine eam emistis iure hereditario libere et quiete habendam et irreuocabiliter perpetuo possidendam.

Si quis uero huius mee confirmationis paginam in aliquo infringere uel diminuire presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Iuda, Domini proditore, suppliciis infernalibus mancipetur, et insuper regie parti mille aureos in cauto persoluat, et dampnum quod intulerit uobis uel uocem uestram pulsanti dupplantum restituat.

Facta carta apud Medinam de Riua Sicco, Era MCCXX, XIII kalendas Iauuarii.

Et ego rex Aldefonsus, regnaus in Castella et Toletu, hanc cartam, quam fieri mandauit, manu propria roboro et confirmo. Raymundus, Palentinus episcopus, cf. Marinus, Burgensis episcopus, cf. Ardericus, Segontinus episcopus, cf. Comes Petrus cf. Comes